



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. viij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

summa periticia proferunt i lu-
cem et iactantia sermonis ostē-
tant. Tu autem. **Lectō vij.**
Nulla porro doctrina est q̄
non aliqua vera intermiscet
clera ergo falsis inordinate
p̄mixta in vna disputatōe vel
narratione hominis tanq̄ in
vnius corporis colore apparen-
tia significant. lepram tanq̄
veris falsiq̄ coloruz locis hu-
mana corpa variantem atq̄
maculantem. Tu. **Lectō nona.**
Ni aut tam vitandi sūt ec-
clesie vt si fieri potest longius
remoti magno clamore chri-
stum interpellent. Unde et ap-
te subiungitur. Qui steterunt
a longe et leuauerūt vocē dice-
tes Jesu p̄ceptor miserere nr̄i
Et bene vt saluent̄ Jesum p̄-
ceptorem nominant. Q̄z enī
in eius verbis se errasse signi-
ficant hunc saluandi humili-
ter p̄ceptorem vocant Tu aut̄
Fratres Sp̄i ambu- **Cap**
late et desideria carnis nō p̄fi-
cietis caro enī concupiscit ad-
uersus sp̄m sp̄s aut̄ aduer-
sus carnē. Deo gratias **Coll.**
Custodi quesumus domine
ecclesiam tuam propiciatione
perpetua. et quia sine te labit̄
humana mortalitas tuis sep̄
auxilijs et abstrahatur a no-
ijs. et ad salutaria dirigatur.
Per dñm. **Et euangelio añ.**
Dum intraret iesus in quod-

dam castellum occurrerunt ei
decem viri leprosi qui steterūt
a longe et leuauerūt vocem di-
centes Jesu p̄ceptor miserere
nobis. añ. Unus aut̄ ex illis
vt vidit qz mundatus est re-
gressus est cum magna voce
magnificans deum. añ. Nō
ne decem mundati sunt et nos
uem vbi sunt non est inuentus
qui rediret et daret gloriā eo-
nisi hic alienigena. vade qz fi-
des tua te saluum fecit alla.

Onica quita decima S. ma.

Fillo tpe: Dixit iesus
discipulis suis. Nemo
potest duobus dominijs seruire
Et reliqua. **Omelia venera-**

bilis Bede presbyteri.

Nemo p̄t duobus dominijs seruire.
qz nemo valet simul transi-
toria et eterna diligere. Si ei
eternitatē diligimus curam
temporalia in vsu non in affe-
ctu possidemus Tu. **Lectō vij.**

Aut em̄ vnū dicit et alterum
diliget. aut vni adheret et al-
terum contemnet. Hec verba
diligenter consideranda sunt

Naz qui sunt duo domini eo
sequenter exponit dicens. Nō
potestis dō seruire et mammo-
ne. Audiatur hoc auarus. audi-
at qui censetur vocabulo chri-
stiano non posse simul mam-
mone hoc est diuitijs christo-

qz seruire Tu aut̄. **Lectō nona.**
Quod tamen non dixit. qui bap-